



**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

4 Coram quo iudice sit in integrum restitutio petenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

differentia tunc absque vlla controuersia obtineat, quando restitutio in integrum ex eo datur, quod laesio contigerit non tantum in pretio, sed & in ipsa rei alienatione: quia Ecclesia damnum patitur ex sola rei propria alienatione: etiam si iusto pretio fuerit facta. Ceterum ubi laesio solum contingit, in pretio, tunc petita restitutione in integrum, & ex ea reparatione laesionis, poterit reus rescissionem contractus effugere, si velit iustum pretium rei soluere: ex his, quae ipse tradidi in *c. quammis pactum. de pact. in 6. vlim. parte, quae 4.* Adhuc tamen vere differunt restitutionis in integrum ordinariae, & d. l. 2. auxilia. vt constat ex *c. 4. n. 1. 3. & 14. lib. 2. huius operis.*

His omnibus expensis, pro huius quartae interpretationis intellectu apparet in *d. d. cap. ad nostram.* concessam fuisse Ecclesiae restitutionem in integrum: quae quidem si foret ordinaria, & intra terminum communem à iure statutum concessa, locum omnino haberet cum fructibus omnibus ex ea perceptis quemadmodum superius docuimus: verum ex eo, quod extraordinaria fuit, plurimumque gratiae sortita, vt concessa post solennia tempora, fructus non restituantur omnino: nec tamen emptor eo penitus lucrificat: cum laboris, & impensarum ratio simul & fructuum haberi debeat, ita sane, vt si fructus possessor lucrificare velit, non possit laboris & impensarum estimationem petere.

Quod si vltierus rem aperire tentemus, dicemus tandem hanc esse non propriam in integrum restitutionem: siquidem ex ea fructus essent restituendi Ecclesiae, vel minori: sed esse restitutionem in integrum impropriam extraordinariamve, propterea quod maiorem speciem habeat gratiae, quam ea, quae ordinarie minoribus, & Ecclesiis intra ipsius iuris limites beneficio quamuis extraordinario concedi solet: & ideo mirum non erit, text. in *d. c. ad nostram.* à Gregorio Nono appositum esse extratitulum *de in integrum restitutione*, vt eleganter explicat Emanuel à Costa in *d. §. & quid sit tantum. 2. parte, num. 85.* illud animaduertens, restitutionem, quae ex iustitia mera fit cum ipsis fructibus, fieri iuxta tradita in initio huius capituli: eam vero restitutionem, quae ex gratia conceditur, cum fructibus faciendam non esse. text. elegans in *Authentic. idem est de Nestorianis. C. de heretic. quem dicit Singular.* esse Alexander in *d. §. & quid sit tantum. colum. 9.* vbi eam distinctionem fere omnes probant, & potissimum ex nouioribus Fortun. *num. 263.* Galiaula *num. 60.* Crotus in *fin.* & praeter hos Curtius Senior *consil. 71.* quicquid hac de re scripserit Iason in *d. §. & quid sit tantum. num. 64.* Carolus Ruinus *ibi, col. 72.* Decius & Ferrar. in *l. in condemnatione. ff. de regulis iur.* Sed & eandem distinctionem exponunt, & asseuerant admittendam esse communiter omnes in *d. §. & quid sit tantum.* quo ad iura tertio quaesita ante obtentam restitutionem: quod praeter alios explicant optime Carolus Molinæus in *consuetudin. Parisiens. §. 1. tit. 22. num. 36.* & Emanuel à Costa *d. 2. parte. num. 49.* communem sententiam defendens ab his, quae in contrarium adduxit in *ibi Galiaula num. 97.* quam quaestionem in praesentiarum discutere longius minime conuenit: tantum enim id egimus, vt ad resolutionem veram deduceremus quaestionem illam: veniantne in integrum restitutionem fructus ex re ipsa percepti.

CAPVT IV.

Coram quo Iudice sit in integrum Restitutio postulanda.

S Y M M A R I A.

1. *Locus contractus satis idoneus est si reus ibidem reperiatur, ut in eo tractetur de contractu rescindendo, atque ita de restitutione in integrum concedenda.*
2. *Ecclesia potest petere restitutionem in integrum coram iudice ecclesiastico etiam aduersus laicum.*
3. *Clericus minor, laicus in patrimonialibus, non potest petere in integrum restitutionem coram iudice ecclesiastico: Et inibi, an bona clericorum patrimonialia habeant privilegia bonae ecclesiarum concessa.*
4. *Quid de patrimonio clerici, ad cuius quidem titulum is fuerit sacer in signatus?*
5. *Absolutio à iuramento quandoque citationem requirit: quandoq; ea omissa potest concedi.*
6. *Quid operetur absolutio à iuramento ad effectum agendi praeserta.*
7. *Iudices seculares quandoque tractant licet super contractu iurato, mittuntque actorem aduersus eum agentem, etiam nulla precedente absolute.*
8. *Iudex ecclesiasticus, qui de causa absolute à iuramento cognouit, non potest ipsam principalem causam tractare.*

Non omnino in praxi alienum est, coram quo iudice restitutionem Cæsares definerunt in *l. 2. vbi & apud quem cognoscitur iudice ipsius contra quem petitur: vt plane verissimum sit, petentem restitutionem actorem esse, & oportere eum totum rei sequi. Imo scribunt Baldus & paulus Castrensis in eiusdem legis interpretationem, id verum esse etiam si qui cum minore contraxit, in ipso loco contractus inueniatur, non enim poterit apud illius loci iudicem conueniri ad restitutionem in integrum contra ipsum contractum tractandam, idem notat Iason in *l. qui certo loco, ff. de conditionibus debitorum, dicens hoc ipsum ex d. l. 2. probari.* & ex ea amplius deducens, ea scilicet iura, quae probant contractum in loco contractus conueniri posse, si ibidem inueniatur, intelligenda esse quod ad ipsius contractus actionem exercendam, non autem in quoad eius rescissionem. Nam si de contractu rescindendo tractetur, reus erit coram proprio, & vero domicilij iudice ad iudiciū vocandus, non coram iudice loci contractus: tamen in eo loco reperiatur, id ipsum placet Decio in *Rubr. de iudiciis. col. 2.* Hic vero intelletus mihi non placet: siquidem locus, ubi contractus fuerit celebratus, de re re idoneus est, vt in eo agatur, & tractetur de eius dissolutione, si reus ibidem praesens fuerit. textus singularis in *l. in contractibus. §. alt. C. de non numerata pecunia. vbi expresse probatur, posse quempiam in loco contractus apud eius iudicem intra biennium conueniri, si ibi non fuisse pecuniam numeratam: eiusque querelā deducere, si inibi aduersarius inueniatur, & ita agere ad ipsius contractus dissolutionem, quae text. Alexander in specie notat in additionibus ad Bartolum in *heres absens. §. 1. ff. de iudiciis. Roma. sig. 470.* Felin. in *cap. vltimo. 24. de iudiciis.* dicens, ex hoc absolute iuramento à iuramento in contractu praestito posse peti coram iudice ipsius loci contractus, si ibi aduersarius inueniatur, vt citetur, idem ipse Felinus scribit in *capitul. 1. col. vlt. de iur. post. Cardinali. Neg. oberit d. l. 2.* quippe quae intelligi possit eo casu, quo rem non adest in loco contractus: quod si ibi adit, non negat constitutio illa posse peti restitutionem coram iudice illius loci. sicuti in specie docent Bartolus & Fulgosium in *l. apud loco. Curtius Junior in Rubric. C. de edend. Decius parum sibi constans in capit. 1. n. 22. de iudic. & ibi Alciatus n. 53. Ant. Burtig. in *c. vltim. de foro competens. numer. 12.* Bartolus in *l. 1. numer. 20. C. de summa Trinitate. Franci. in Rubric. de appellatione. num. 43.* quae ratione ipse crederem Bald. Paul. & Iasonis interpretationem minime esse recipiendam, & subinde in integrum restitutionem postulari posse in loco contractus, si ibidem praesens fuerit aduersus quem petitur: alioqui iudicium hoc tractandam esse apud iudicem ipsius, in cuius fauorem contractus fuerit celebratus: & contra quem restitutione postulatur.***

Ceterum iure quodam speciali Ecclesia restitutionem, in integrum petere poterit, etiam aduersus laicum coram ecclesiastico, & proprio ipsius ecclesiae iudice, auctore Innocentio in *capitul. cum sit generale de foro compet. cui suffragatur textus in c. 1. de in integrum rest. vbi Abb. n. 18. idem Abb. in *c. com. 1. col. eodem tit. textus optimus, ex quo ita collegit idem Abb. in c. pen. de reb. eccles. Rom. singul. 112.* quibus accedunt idem Abb. n. 10. Felin. *colum. 2.* Maria. Socin. n. 13. in *d. c. cum sit generale. Aufreri. in Clem. m. de offi. ordin. in tract. de de potestate eccles. num. 28.* Cuius opinionis ea proponitur ratio, quod Ecclesia agens iure, & privilegio speciali, illud deducere potest coram proprio iudice, etiam aduersus laicum: sic etenim agit coram proprio iudice aduersus laicos remedio Canonis, vt in *regula. 3. q. est. 1. glossa elegans in c. penult. de bit. qua. vi. quam sequitur Panormit. idem in c. 1. de in integrum rest. & in *d. c. cum sit generale. num. 10.* vbi Mari. *num. 14.* & Felin. *col. 2.* Verum cum hic tractetur de violentia illata Ecclesiae, nec eius patrimonii, nec de sacrilegio, nec de fraude, aut dolo aduersus Ecclesiam ex proposito in contractum deducto: non video, quod ingenuus fateor, quo iure praefata Doctorum sententia circa restitutionem in integrum defendi possit, nisi praedictis duobus Decretalium decisionibus obnixè comprobetur. Est tamen possemus ita intelligere, vt diceremus iudicem ecclesiasticum ibidem non minus esse ipsius laici, contra quem agitur, quam ecclesiae iudicem: eo quod illa pronuntia esset etiam quo ad secularem iurisdictionem, Romanae Ecclesiae subdita, vel ex eo esset ad Romanū Pontificem iudicium illud ab Ecclesia deductum: quod ob aliquot causas**

Verū vt res ista apertissime intelligatur, est animadvertendū ad duas species, in quas diuiditur hæc cōtrouersia. Prima quidē ita exponitur, vt præmittamus, eū, qui iurauit ratione contractus iurati nihil ex propriis rebus præstitisse hactenus: sed tantū id agere velle, vt ab obligatione cōtractus, vinculoq; iuramenti liberetur: nec alter, cui iuramentū præstitit, aduersus eū agat forsan eo tēpore, quo iuras sit minus instructus ad defensionē: aut sane iurans vult hunc scrupulū, quē ex vinculo iuramenti concepit, quiq; ipsum torquet, à se abicere. Et in hac quidem specie, si contractus vitū habet vsurę, poterit is, qui iurauit, primū petere à iudice ecclesiastico, vt compellat eū, cui iuramentum præstitit, hoc iuramentū eiusq; obligationē remittere. *cap. 1. de iuratur.* vbi gl. communiter recepta adserit, iudicem ecclesiasticum loci ordinarium esse competentē ad hoc, etiam si vterq; litigator laicus sit. Sed & iudex secularis poterit ad iurantis petitionē alterū cogere, si laicus sit, ad remissionem huius iuramenti. *Fred. cōf. 271. Rom. sing. 482. Fel. in d. c. 1. n. 22. Matth. de Afflic. dec. 263. Guido Papę cōf. 209. in fi. Et licet Fel. in c. cū sit generale. n. 7. de foro comp. dubitauerit de hoc, probatur tamē ea ratione, quod sicuti iudex secularis laicum cogere potest ad seruandum iuramentum licitum, *capitulum licet de iuraturand. in sexto. ita iurisdictionem habebit contra laicū, vt eū compellat remittere obligationē iuramenti ex eius parte illiciti. Quod si hoc remediū satis sufficiens non fuerit ob contumaciam alterius, poterit iurans ab Episcopo petere absolutionem ab huius iuramenti vinculo: quod per absolutionem Episcopi ordinarij tolli potest ex eo, quod illicitū est ex parte recipientis. *tex. in cap. si vero. & cap. cum quidam. §. vlt. de iuraturand. adiuncta decisione *tex. in cap. nuper. de sentent. excom. notant Abb. in cap. ad aures. de his. que vi. Fel. post alios in d. c. cap. 1. numer. 16. Abb. in cap. per venerabilem. 8. colum. qui filii sunt legitimi. Curt. Senior. cōf. 143. art. 2. & cōf. 65. col. pen. & licet praxis obtinuerit, vt prius agatur primo remedio, quam hoc, vt adferunt Imol. & Fel. in d. c. cap. 1. parum oberit huic negotio absolutionem à iuramento peti, nondum petita ab altero eiusdem vinculi remissione. Et idem erit in quolibet alio iuramento, quod illicitū turpeve sit ex parte illius, cui iuratur. Nam absolutio peti poterit ab Episcopo: quem admodū probatur in dictis locis. In hac equidē specie, qua hæc tenus proposuimus, absque vilo dubio iurans, poterit petere absolutionē à iuramento, & simul pronuciari contractū illicitum esse, & ideo minime seruandum; id etenim tantū agitur, vt absolutio à iuramento præstetur ratione materie in contractū & iuramentū deducta. Nec præstita absolutione aliquid est à iurante exigendū proposita ab eo actione: & necessario, plenaria causę cognitione præmissa ad absolutionem, consequitur contractum esse referendū. Qua ratione simul hæc eodem libello peti possunt, cum ea quæ in contrarium adducuntur à Bald. & Socin. sint intelligenda, quando concessa per iudicē restitutione, & ita sublato impedimento est necessario proponenda actio: nec sequitur data restitutione, aut amoto impedimento, habere agentē ius omnino ad id, quod secūdo loco petit. quod patet in petente restitutionem officio iudicis aduersus vsucapionem: non enim sequitur; data restitutione aduersus vsucapionē, rem quam alter possidet propriam esse illius, qui restitutionē petit. Iterum enim agere eum oportet ad eam rē iure dominij, vel alia, quę ei competat, actione. cum ergo absolutio in huius primę speciei modū petitur, citatio necessaria est, plenaque causę cognitio adhiberi debet, ex omnium vnanimi resolutione. Secunda huius controuersię species est: & tendit in eum casum, quo data absolutione à iuramento: ipse qui iurauit agere debet, aut vult ad aliquid consequendum, quod ratione iuramenti dederat ei, cum quo contraxit: & licet Bal. & Soc. refragentur, adhuc opinor posse eum petere absolutionem à iuramento & simul in euentum absolutionis præstita actionem ad repetendum id, quod dederat, in iudiciū deducere. Nam, vt inquit Aret. etiam si verum sit, actionem hanc secundo loco propositam non competere: nec posse deduci ad iudicium, nisi prius sublato impedimento iuramenti. quid tamen vetat eam proponi, ac deduci in euentum absolutionis præstita, & sic sub conditione necessaria ad agendum? Quod pulchre docet Iurif. cōf. in *Lim. tempus. ff. de ber. inst. & id frequētissime fit: cum agitur de preparatione actionis, & de tollendo impedimento, quod actionis exercitio oberat: fate-mur enim exemplo *Bar. in d. §. sed quod simplic. non competere******

actionem rescissoriam, nisi concessa restitutione per officium iudicis, quod omnes probant, & id iure verissimi est: negamus tamen læsum non posse per officium iudicis restitutionem in integrum petere, & simul in euentu restitutionis concessa actionem rescissoriam deducere in iudicium, nihil sane hunc proponendi modū reprobum faciensiarum & maiorū ex his causis, ex quibus maioribus concedi debet beneficium hoc restitutionis in integrum.

Tota igitur & potissima difficultas consistit in eo, quod iuramenti absolutionem petat ad eum tantum effectum, vt intrepide & abiq; peritij periculo, qui iurauit, possit agere, vel excipere contra iuratum contractum, vel petere quæ ratione illius tradidit, & sic ad effectum, quod agendi. Et sane sunt qui existimant etiam tunc citationem esse præmittendam ea ratione, quod qualis cause cognitio necessaria sit saltem summaria, ad hanc absolutionem concedendā, vt scribunt *Bed. cōf. 3. co. & Dom. cōf. 16. ad p. An. cōf. 272. & cōf. 188. Alex. cōf. 222. lib. 2. n. 8. Guid. Papę q. 225 & q. 160. quorum opinionem tutiorem existimat Fel. in d. c. 1. de iuraturand. & esse Commatem adserunt *existimat Fel. in d. c. 1. de iuraturand. & Hippol. in l. de vnoq; n. 163. ff. de re iudic. Rufus in contraria sententiā aperitissime tenent. Oldr. d. cōf. 102. An. cōf. 18. Deci. in d. c. qua fronte. eamque communem esse opinantur *Alci. in c. cum contingat. de iur. n. 125. Gomez. in trad. breuium. n. 46. & seruari apud Gallos testatur Gulielm. Bened. in c. Rayn. de testam. verb. duas habens filias. col. vlt. & Io. Bapt. de i. foren. inst. c. 33. qui omnes adferunt citationem minime requiri quoties tractatur de danda absolutione à iuramento ad effectū agendi: ex eo quod in eo iudicio summario tractetur de causa absolutionis tantū: atq; subinde modicū prejudiciū alteri contingat: siquidem ea virtus, quę ex iuramento contractui accedit, salua & inuolata manet etiam præstita absolutione: de qua modo agimus, quo fit, vt fortassis hæc vltima opinio sit magis praxi cōueniens, quā pluribus ad id citatis, sequitur Carol. Mol. in *Alex. cōf. 222. lib. 2. n. 2.****

Ex his tamē nota da sunt quatuor. Primū quidem, quod præstita absolutione ad effectum agendi, si plenario iudicio pronuciatur contractum esse validum, nihilominus qui prius iurauerat, vinculo iuramenti adstringitur ad illius contractus obseruationem: non enim absolutio ei quicquid prodest: præterquam ad effectum agendi, auctore Bal. quęri Imol. & Socin. sequuntur. in *l. hac scriptura. ff. de cond. & dem. Secundo* e contrario, si iudicio summario præstita absolutione ad effectū agendi, tandem plenario iudicio cōtritus iudicetur vsurarius, tutius sane erit peti iterum absolutionē à vinculo iuramenti: cum prior absolutio fuerit præstita tantum ad effectum agendi vt scribit in specie Fel. in *c. talis iuratur. col. pen. tamēti* necessaria omnino non sit hæc absolutio. Prima etenim absolutio ad effectū agendi præstita hunc sensum habet, vt libere agat contra illum contractū: quousque si probauerit eum vsurarium, aut illicitum esse, ab eius iuramentis & cōtractus vinculo solutus sit, auctore Paul. Castr. *cōf. 259. lib. 2. colum. penult.* Tertio aduertendum est in Romana curia ex stylo Signaturę minime concedi absolutionem ad effectum agendi à iuramento præstito in obligationibus conceptis in formā camerę Apostolicę, vt testatur *Staphileus de literis grat. & iustit. fol. 183.* Quarto est adnotandum non tantum esse concedendam absolutionem à iuramento ad effectum agendi: sed & ad effectum excipiendi secundum Ludouic. Gomez. in *d. tradat. breuium. n. 47.* licet ipse referat, id Romę maxime controuersum fuisse. Quinque est, quod idem Staphileus admonuit *folio. 167.* nempe in absolutione, quæ minori conceditur in specie *antib. sacrasan. puberum. C. si aduers. vendit.* formam istam seruandam fore, vt eidem minori aperiat via ad implorandum officium iudicis absque peritij reatu super restitutione, quatenus de iure sit ei concedenda. Ex his enim verbis colligitur id tantum minori ex hac absolutione concedi, quod ex absolutione ad effectum agendi solet maioribus eam petentibus competere: & ideo absolutio ista non impedit iuramentum, quę contractui accessit ex decisione *dicta. anteb. sacrasan. menta.* Sed nihilominus erit tractandum in ea lre, si concedenda restitutio minori, qui lesionem grauissimam, dolūque re ipsa contingentem allegat.

Nam esse tunc necessariā absolutionē ipse opinor ex eo, quod cōsensus præstitus fuit à minore, huic cōtr. ad m. & iuramentum.

ramento, arg. ap. de iudicibus, cap. 1. cap. si vero de iure iur. tametsi ne-

cessaria non esse talis absolutio, vbi dolus ex proposito contractui accessisset, cum is confensum iurantis omnino impulerit, quod Abbas expressim asserit in ea. cum contingat. de iure iur. nu. 3. & 23. cuius opinionem communem esse fate- tur Alex. ibi. 3. notab.

Obiter tamen admonendus est lector in ea questione, verum sit necessaria ad effectum agendi Absolutio à iura- mento per metum præstito in his contractibus, qui alioqui sine iuramento minime obligant, aut rescindi possunt: aut eo accedente potissimam vim consequuntur, iuxta e. ap. cum contingat. et quædam pactum. a. ubi sacramenta puerum. scripsisse in præmissis iudicibus secularibus actionem admitti, nulla præmissa absolutio: ex sententia Panorm. in d. d. cap. cum con- tingat. c. 2. cuius ipse mentionem feci in Epitome de sponsalib. 2. per cap. 3. §. 3. quo in loco alios citavi, qui Panormitan. se- quuntur: atque ita non plures qui ab eo descendunt medio iudicio verior opinionem eligentes. Fortasse tamen praxis hæc apud iudices seculares id eo loci obtinuit, ne iudices ecclesiastici, a quibus petitur absolutio iuramenti ad effectum agendi, contentur non tantum eam agere & tractare cau- sam, sed & principalem controuersiam, ipsiusque contra- ctus vim & obligationem propria sententia definire, secuti assertionem Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendit. dicentis, iudicem causæ præiudicis & præparatis esse etiam iudicem competen- tem ad cognoscendum de causa præparata iuxta text. in d. d. l. ordinarij. cuius hæc sunt verba: Ordinarij iuris est, vt man- datum iudicis, prius exhibitis mancipiis de pos- sessione iudicatur, ac tunc demum causa proprietatis ab eo- dem iudice decidatur. Qua sane constitutione perpensa Bald. accedunt Alexand. & Iason in l. quoties. C. de iudi. Felin. in c. cum sit generale. nu. 4. de foro competent. idem in cap. 1. de iure- iurand. numer. 27. Alexand. consil. 58. libro primo numero. 7. plenam consil. 63. Curt. Junior. in rubric. C. de edendo. numer. 14. Carol. Corti. d. d. d. iudex. & esse hæc Opinionem Communem fa- tiatur Felin. in cap. 2. de sponsalib. nu. 24. Deci. & Rip. in rubric. de iudic. pro qua etiam adducitur gloss. in cap. paracianos. de sentent. excommunicat. dicens, iudicem ecclesiasticum posse cognoscere aduersus laicum de æstimatione iniuriæ clerico illata, si coram eo petitur absolutio ab excommunicatione cano- nis. Igitur iudex cõpetens in causâ præparata, erit etiam cõpetens in præparata: cû alioqui iuxta gloss. prædictam iudex ecclesiasticus nequaquam possit tractare actionem iniuriarum aduersus laicum principaliter à clerico propo- sitam. Et licet hoc modo inducta, probet d. d. gloss. Bal. opi- nionem secundum Felin. ibi & in d. d. c. cum sit generale. factum tamen præmittit, dum opinatur clericum non posse contra laicum agere actione iniuriarum coram ecclesiastico iudice, potest etenim si aliquis manus violentas in clericum iniere- rit: cum id sacrilegium sit: & ita in specie reprobant glo. Anon. Card. Abb. Fel. & Doct. ibi probat eorû opinionem text. secundum Abb. in c. cum non ab homine de seu. excommunic. Socius probatur sententia Bald. per glo. in c. vi. tit. 1. q. 3. Paul. vero Castr. in d. l. ordinarij hanc opin. Bal. dubiam esse existimat, nec credit verâ esse, cui præter alios Dec. cõsen- tit in d. rub. de iudi. 2. col. dicens minime probari in d. l. ordina- ri. cum ibi iudex causæ præparatoriæ esset etiam iudex com- petens ad causam præparatam: qua ratione verior videtur opinio Pauli & Deci, quibus aliquantulum suffragatur text. in c. ad exhib. vbi præses pronuncia iubet rem exhiberi, & ea exhibita apud alij iudicem principalis causa tractatur: quem text. ad hoc notant ibi Salic. & Deci in d. rub. de iudi. verum rem ipsam vterius excogitans aduertendum cen- sero. Quoties præstita absolutio ad effectum agendi, contra- ctus ipse examinâdus est: an habeat vsuræ, simoniæ, aliud- que vitium, cuius cognitio ad iudicem ecclesiasticum per- tinet, nulli dubium esse, cum sententia Bal. vera omnino sit. Quod si alio iure, cuius cognitio propria non est iudicis ecclesiastici ad rescissionem contractus quis agere velit: tunc sane mihi non placet Bald. opinio. Nam si ipse qui ob- tinuit absolutioem ad effectum agendi, velit coram eodem iudice de rescissione contractus agere, alter qui vere reus est: in ea lite poterit iudicij illud effugere, dicens, seipsum committendum esse coram proprio iudice ex ea regula que dicitur, oportere actorem sequi forum rei. Nec quicquam facit consuetudo vltima. de fore competent. in 6. cum ea inducta sit in fauorem iuramenti, & illius, cui iuramentum præstitum sit. non autem in fauorem illius, qui aduersus iuramentum

agere contendit: is etenim illius canonis finis est, vt iudex ecclesiasticus cogat iurantem fidem religione itabiliter obseruare. Nec video qua ratione secularis iudex incom- petens sit ad cognoscendum, an ex iuramento vim aliquam contractus acquirerit. Nam si cum ad hoc non esse ideo- neum iudicem fateamur, plura iudicia qua passim ab eo iure tractantur, ex iurisdictionis defectu plane euerti possent. Si vero concessa absolutio ad effectum agendi, agat quis coram iudice ad rescissionem contractus: alter autem petat illud iudicium proponi ac deduci coram iudice ecclesiasti- co, qui absolutioem concesserat: nullo iure hoc petit: si- quidem ratione iuramenti non est ad ecclesiasticum hæc quaestio deferenda: cum non agatur ad obseruationem iuramenti: ac per absolutioem præmissa sit sublatus effectus illius constitutionis, que vlt. est de foro competent. in 6. vt existimat Abb. in c. t. de iure iur. vers. verum remedium. & vers. huius autem discussis. & Felin. collat. 3. vers. sed hoc non placet Abbati. Ex quibus illud apparet, quod quibusdam dubij videri solet: nempe text. in d. d. c. vlt. esse intelligendum, vbi agitur ad obserua- tionem iuramenti: non autem vbi agatur ad contractus iu- rati rescissionem obtenta prius absolutioe ad effectum agendi: quod expressim asseruit Deci. in rubric. de iudic. colu- lum. 3. licet falsa ratione vsus, & ideo ab eo discesserit Ripa numero. 28.

His ergo aduersus Baldi doctrinam perpensis & exami- natis, deducitur non esse omnino iustum metum: qui aniam forsitan præbuit, vt in praxi opinio Panor. exclusa receptori & sane veriori sententia, reciperetur.

Quin & illud admonendû est: apud iudices Regios, qui prætoris assunt vsu obtentum esse, vt actione admittant aduersus Contractum iuratum, qui tamen rescindi possit ex prætorio, edicto, quod metus causa nulla prius absolutioe impetrata ad effectum agendi, etiam si iuramentum metu quidem præstitum accesserit contractui valido, & qui se- cluso iuramento, ni metus causam dedisset contractum, va- lidus & firmus foret iudicandus. Cui tamen in hac specie absolutioem istam exigi ad effectum agendi frequentissi- me à iuris vtriusque professoribus fuerit receptum, idque procul dubio ex canonibus probatissimum sit.

CAPVT V.

De minore enormiter læso in Spirituali- bus: an & is restituendus sit.

SUMMARI A.

- 1 Minor læsus in renunciante beneficii ecclesiastici restituendus est, etiam postquam beneficium alteri fuerit collatum. & n. 3. ver. contrariam.
- 2 Minor quandoque in integrum restituitur, etiam si de lucro quod læso ab- soluiti tractatur.
- 3 In permutatione beneficiorum ecclesiasticorum locus non est auxilio l. 2. C. de rescind. vend. & n. 8.
- 4 Conferre aut dimittere per resignationem beneficia iure sanctorum, an sit illicitum, vel simoniacum?
- 5 Quid de ea renunciatione, que fit sub conditione, vt beneficium Titio conferatur?
- 6 Renunciatio beneficii ecclesiastici facta absque Prælati auctoritate non tenet & ibi intellectus ad text. in c. cum videretur de rer. permutat.
- 7 Intellectus L. quod si minor. §. Scenola. ff. de minorib.
- 8 Minor an iudicij legitime interesse possit, intellectus c. vlt. de iudic. in 6.
- 9 Intellectus cap. ad questiones de rer. permutat.

Quærit Accursius in l. ait Prætor in princip. ff. de minorib. sitne concedenda in integrum restitutio minori enormiter læso in spiritualibus: & præcipue in ecclesiastici bene- ficii renunciatione? in qua quidem quaestione ipse respon- dit non esse minorem, ut quicque grauius læsum restitui- endum: quam opinionem probat Cardin. in c. ex parte. de re- stitut. spolia. quo in loco Bernardus Accursii sententiam ad- mittit, ac veram esse censet, vbi beneficium illud alteri ex ea renunciatione collatum fuerit: quasi secus dicendum sit quando nondum est alteri beneficium collatum. eam distin- ctionem Panorm. ac cæteri frequentius sequuntur. Bart. quoque, Bald. & Alb. expressius in l. ait Prætor. l. in l. Galus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. numero. 72. Aymon Sawll. consil. 70. Franc. in c. dudum. de præb. in 6. quod probatur. Primo autoritate Iurisconsulti in l. quod si minor. §. Scenola. ff. de minoribus, vbi restitutio minoribus etiam grauius læsis negatur, si post læsionem bona in alium nouo contra- ctu translata fuerint. not. Barb. consil. colum. penult. Galiaul. in d.

